Fragmentarium

Mitte do-
mine sapien-
ciam tuam de sede magnitudinis tue ut
mecum sit et mecum laboret et
me instruat tua fiat volunta-
te et me doceat sit oratio ut do-
cet Augustinus dicentem Rogo te
domine ut ingrediantur verba tua pre-
cordiis meis et undique circumcide
a[b] istis circumiciende ab omni temeri-
tate atque mendacia interiora et
exteriora labia mea / sint caste
delicie mee scripture tue ne fal-
lar in eis nec fallam ex eis do-
mine deus meus deus tenebrarum
et vitus infirmorum statimque lux
videntium et virtus fortium Tuus est
dies et tua est nox subaudi quem
dies diei eructat verbum et nox
nocti indicat scienciam ad nutum
tuum momenta transvolant. Largi-
re michi spacium meditacionum me-
arum abscondita legis tue neque ad-
versus pulsantes claudis eam Re-
vela in intimas scripturas deli-
cias vox tua gaudium michi vox
tua super affluenciam voluptatum
da quod amo / Amo enim et hoc
dedisti michi ne dona tua dese-
ras nec herbam tuam desperas sa-
ciente unde desiderium meum unde
proficiat unde et approbata et place-
at in conspectu misericordie tue / veniam me
graciam ante te ut appareant
michi pulsanti interiora sermo-

mi tuorum ut audiam vocem

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3660, Cod3660_Farbkeil – Medica (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0s3c/1717/20890)